



Patriarchatus Latinus- Ierusalem
البطريركية اللاتينية الورشلمنية
المكتب الليتورجي
Officium Liturgicum

Die 29 Augusti

In Passione S. Ioannis Baptistæ, martyris
(Memoria, sed in Transiordania: Sollemnitas)

Omnia sicut in Missali et in Lect. III sed in Transiordaniā adiungatur haec secunda lectio:

LECTIO SECUNDA

«Ioannes baptizavit baptismo pænitentiae»

Léctio Actuum Apostolorum

19, 1 - 7

In diébus illis:

Factum est cum Apóollo esset Corínti, ut Páulus per grátias superiöribus pártibus veníret Ephesum et inveníret quos-dam discípulos, dixítque ad eos: «Si Spíritum Sanctum accepistis credéntes?» At illi ad eum: «Sed neque si Spíritus Sanctus est audívimus». Ille vero ait: «In quo ergo baptizáti estis?» Qui dixerunt: «In Ioánnis baptísmate». Dixit autem Páulus: Ioánnes baptizávit baptísmata pænitentiae, pópolo dicens in eum qui ventúrus esset post ipsum ut créderent, hoc est in Iesum».

His auditis, baptizáti sunt in Nómine Dómini Iesu; et cum imposuisset illis manus Páulus, venit Spíritus super eos, et loquebántur línguis et prophetábant.

Verbum Dómini.

Praefatio (propr.)

- V. Dóminus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.
V. Sursum corda.
R. Habémus ad Dóminum.
V. Gratias agámus Dómino Deo nostro.
R. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, aéquum et salutáre,
nos tibi, semper et ubique grátias ágere:
Dómine, sancte Pater, omnípotens ætére Deus:
per Christum, Dóminum nostrum.
In cuius Præcursóre béato Ioánnem
tuam magnificéntiam collaudámus,
quem inter natos mulierum honore præcipuo consecrásti.
Qui cum nascéndo multa gáudia præstitísset,
et nondum éditus exsultáasset ad humánæ salútis advéntum,
ipse solus ómnium prophetárum
Agnum redemptiónis osténdit.
Sed et sanctificándis étiam aquæ fluéntis
ípsum baptísmatis lavit auctórem,
et méritu fuso sanguine suprénum illi testimónium exhibére.
Et ídeo, cum cælórum Virtútibus,
in terris te iúgiter prædicámus,
maiestáti tuæ sine fine clamántes:
Sanctus, Sanctus, Sanctus...